

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

42. Qualiter acquiratur juspat. dotatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

**Quæstio 41.** *Andum quis construxit Ecclesiæ in fundo alieno invito, vel inscio Domino, constructori acquiratur iuspl. an vero domino fundi?*

**R**espondeo: acquiri constructori, non Domino, et si hic propriæ auctoritate eam possit destruere vel occupare, si nondum sit consecrata (si enim est consecrata, non potest per Dominum fundi demoliri aut occupari, licet æstimatio fundi à constructente solvenda sit Domino). Abb. in cit. c. 1. de novi operis &c. n. ult.) per ædificationem enim Ecclesiæ Domino invito auferri non debet fundi sui dominium; cum, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. I. si non debet. ff. de reg. juris. Neque etiam cedit ædificio favore religionis; cum favor religionis tantus esse non debat, ut ob illum, præjudicium alteri afferatur. c. 1. & 2. de operis novi nunciat. Pirk. n. 13. citans Canis. in quoniam h. t. n. 4. Quibus non obstat, quod Dominus fundi ossa defuncti ab alio illata non possit propriæ auctoritate effodere. I. offa. de relig. & sumpt. fun. id enim publicæ utilitatis causâ receptum est, ne cadavera jaceant infœpulta. I. sunt persona. ff. eodem. Pirk. loc. cit. Porro potest Dominus fundi in fundo feudali, Vasallo etiam invito, ædificare Ecclesiæ; cum & alienare eundem fundum possit eo invito, ita tamen ut æstimatio fundi Vasallo præstetur, vel aliud æquivalens feudum detur; non tamen id æquè permisum est Vasallo. Pirk. ibid. citans Canis. ubi ante. n. 5.

**Quæstio 42.** *Qualiter acquiratur iuspatronatus dotatione?*

**1.** R espondeo primò: non acquiritur, nisi Ecclesiæ constructam vel construendam dotaverit quis sufficienter, hoc est, ut Castrop. loc. cit. n. 6. sufficientia bona præstiterit, ut in ea possint divina exerceri; si enim insufficientia bona derit, non dotator, sed benefactor, ideoque nec patronus erit. c. filii. ib. q. 7. Castrop. loc. cit. Garc. cit. c. 9. n. 52. citans Lamb. p. 1. l. 1. q. 5. a. 2. Abb. Roch. &c. Barb. de potest. Episc. p. 3. alleg. 70. n. 11. Idque procedit, etiam si Episcopus consenserit in hac insufficientia donis assignatione; quia insufficienter dotans absolutè non dotat. Garc. num. 53. Azor. & Castrop. ll. cit. contra Lamb. p. 1. l. 1. q. 6. a. 13. Qui tamen una cum aliis de donandum concurredit, ita ut ex omnibus donis sufficiens assignata fuit, efficitur patronus; quia ratione communio-nis & societatis dotem sufficientem præstat. Abb. in c. ad audiendum de ædific. Eccl. n. 4. Azor. & Castrop. ll. cit. Garc. n. 54. citans desuper S. Congreg. Concil. declar. Porro de sufficientia arbitrabitur Ordinarius. Garc. n. 52.

**2.** Respondeo secundò: sed neque acquiritur iuspatr. ex simplici donatione, legato vel largitione bonorum, etiam dum hæc alias essent donis sufficiens; nisi forte hæc donatio fieret tacite pro dote; quia simpliciter donans vel legans videtur potius benefactor quam dotator; & iura indulgenti jusp. non benefactor, sed dotanti. Pirk. n. 10. Garc. n. 60. citans Lamb. p. 1. l. 1. q. 6. a. 1. Roch. v. do-tavit. q. 6. Zechum de benef. c. 12. n. 12. & plures Rotæ decisi, contra Menoch. de presumpt. præsumpt. 90. n. 6. dicentem acquiri iuspatr. ex dotatione.

**3.** Respondeo tertio: parum de cetero refert, num dotatio antecedit, an subsequatur Ecclesiæ constructionem ad hoc, ut patronatus obtineatur. Neque obstat, Ecclesiæ adhuc non esse, quod minus dotes capax non sit, quia capax est, non ut tunc ei acquiratur, sed ut acquiratur prototemore, quo perfectè constructa sit. Castrop. loc. cit. n. 6. Quin & Ecclesiæ incepta statim capax est dotes, & sic donis assignata & donata ante positionem primi lapidis, statim post illius positionem ei acquiritur absque traditione. Garc. n. 48. Nec obstat, quod Ecclesiæ constructa, quæ non est, non possit fieri donatio. c. Abbate. de re. Judic. in 6. id namque non procedit in donatione causâ mortis (sicut & Ecclesiæ nondum exstructa potest hæres institui, & ei relinquì legatum. c. 3. de testam. ibid. Abb. n. 2.) quæ rectè potest fieri Ecclesiæ constructa, non solum obligando se dotaturum & traditurum; sed etiam statim assignando & dando bona pro dote. Garc. n. 49. & 50. citans Lamb. l. 1. p. 1. q. 5. a. 20. Roch. v. do-tavit. q. 7. Quin & addit Lamb. apud Garc. Quod si donis datur in limine foundationis vel post, ante tamen consecrationem & etiam ante perfectionem ædificii, adhuc locum fore exercitio jurisp. ut præsentetur Rector, saltem pro administranda dote, licet non quod ad alia.

**Quæstio 43.** *Num igitur etiam ex dotatione facta Ecclesiæ jam constructæ & consecrata, dum esset sine dote, acquiratur iuspatronatus.*

**R**espondeo affirmativè: modò id fieret cum consensu Episcopi. Abb. in c. quoniam. h. t. n. 9. Roch. v. & do-tavit. q. 2. & 3. Selva. p. 1. q. 5. n. 181. Azor. p. 2. l. 6. c. 19. q. 8. quos citant & sequuntur Garc. cit. c. 9. n. 55. Castrop. cit. p. 2. n. 7. quia talis absolute dota Ecclesiæ, & quidem dotatione maximè necessariâ, & donis subsecuta Ecclesiæ constructionem favore Ecclesiæ reputatur, ac si illius constructionem antecederet; quia retrotrahitur, ut dictum. Castrop. ibidem inquiens: sic quoque videri definitum à Trid. sess. 14. c. 12. Neque obstat declarationes S. Congreg. (quas vide verbotenus recitatas à Garc. n. 57. & 58.) utpote quæ loquantur de parochia erecta ob necessitatem populi, cui Ecclesiæ matrix tenetur providere, ita ut hæc provisio loco donis liberalis computanda non sit; cum debita sit. Contrarium tamen sententibus Gl. in c. pientis. ibid. q. 7. & Felin. in c. cum venerabilis. de except. n. 37. Eò quod Ecclesiæ consecrata nequeat imponi servitus; quod de servitate profana rebus sanctis non imponenda, non verò de Ecclesiastica, & quidem de patronorum Ecclesiæ consensu imponenda bene procedere, ait Castrop.

**Quæstio 44.** *An, & qualiter ex augmento dotis acquiratur iuspatr.*

**1.** R espondeo: ex augmento secundum jus commune, sive vi juris communis non acquiritur patronatus; quia augens dorem non dotat, quia supponit Ecclesiæ jam dotatam. Barb. cit. 6. 12. n. 56. citans plures, uti & citata alleg. 70. n. 15. Gonz. gl. 18. n. 53. Ricc. in pr. resol. 150. Garc. loc. cit. n. 122. apud Castrop. loc. cit. contra Menoch. l. 3. conf. 241. n. 14. tenentem. acquiri iuspatr. ex augmento dotis, quando Ecclesiæ pa-

B 4 rum